succubit et succumbens Quotiens se pronominatus quondam Sigismundus Blazowski cum successoribus suis Eidem Valentino Markowski vel eius posteris citare permiserit tunc recedens a pactatibus terris districtibus iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis ac foro competenti renunciant Coram officio praedicti Castrensis Praemisliensis cui se (actus praedictis respectu) cum suis posteris bonisque praedictis ultro subiicit semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere et loco consensionis pro vadio pro quo citabitur re ipsa ab officio non recedens tunc quibus opus fuit satisfacere et omne iudicatum pati cum suis posteris tenebitur Terminum ipsum primum peremptorium et alios subsequentes Nulla re exquisita et colore excogitato actione pro maiori vera vel simplici infirmitatibus successorum minoremitate evasionis praescriptionis sub poenis poenis trium et tertium marcarum dilationis ad quietem munimen et evictorem Eris et dictis quibusvis regalibus expeditione bellica incursu hostium aura pestifera Conventione generali et particulari ac legalibus quibusvis impedimentis Motionibus denique et appellationibus ac earum prosequutionibus diferendis et evadendis Imo secum successoribus praemissis aliisque omnibus Iuris remediis abrenunciant suo et suorum successorum sub amissione totius Causae vigore Lutionis vadii seu vadiorum quovis quibus solutis utique pati inscriptionem et eius contentis tunc quibus opus fuerit satisfacere cum suis posteris tenebitur Nulla in praemissis terri praescriptione obstante.

1461

Markowski quietat eundem

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti Castrensi Praemisliensi Nobilis Valentinus Markowski recedendo a suo proprio foro presenti vero iurisdictioni secum successoribus

ac bonis suis omnibus quo ad actum praedictum attinet subiicien sanus mente et corpore existens pure ultro ac per expressum recognovit Quod a quondam Sigismundo Blazowski summam sexingentorum et sexaginta florenorum pecuniae monetae Poloniae debiti certi sibi per eum solvi pro tempore iamdiu praeterito actis praedictis castrensibus Praemisliensibus inscripti plenarie recepit et effectualiter levavit Ratione cuius receptionis et levationis ipsum et eius successores de summa praedicta quietat liberumque ac immunem cum ipsius successoribus pronunciat temporibus perpetuis Insuper a toto processu seu progressu Iudiciario per eundem Eidem Sigismundo Blazowski cui officio praedicti vigore eiusdem inscriptionis pro vadio seu vadiis certis ob non adimpletionem contentorum eiusdem suscepit institutum quocumque gradu et punctu iuris dependens Lucris et pro lucris exinde emergentibus iam exnunc ob omnimodam et sufficientem praemissis [illegible] sibi per eum praestita recedit perpetuo Ipsamque inscriptionem sibi ab eodem super summam recensitam seraden ac processum seu progressum Iudiciarium supranominatum ac lucra pro lucra exinde emergentibus cassata annihilat mortificat obliterat eum ternis temporibus sibi et suis posteris ratione praemissorum silentium imponens eiusdem praedicti suae recognitionem mediante.

1463

Kobileczki quietat Suski

Comparens personaliter Coram officio et actis praesenti castrensi Praemisliensi Nobilis Bartholomeus Kobileczki a iure foroque suo proprio et competenti iurisdictione recedens praedicta iurisdictioni secum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad actum praedictum attinet subiicien sanus mente et corpore existens